

B. N. I, 708.

X 1880 625

h. 46, 7.

I. N. D. N. J. C.

20.

II R
4846

THESES INAUGURALES

DE

TESTAMEN-
TIS PRINCIPUM
ORDINANDIS,

QUAS

PRÆSIDE JEHOVA

AUTORITATE ET DECRETO

MAGNIFICI, NOBILISSIMI

& AMPLISSIMI ICTORUM ORDINIS

IN INCLITA ARGENTORATENSIVM

UNIVERSITATE,

PRO CONSEQUENDIS SUMMIS

IN UTROQUE JURE

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

DOCTORALIBVS

Publicæ & Solenni Eruditorum

disquisitioni submittit

Ad diem VII. Decembris ANNO dñi 1880 XC.

In Auditorio Majori H. S.

PAULUS GOTHOFREDUS GAMBS.

Argentoratensis.

••(*•*)••

ARGENTORATI.

Typis JOH. FRIDERICI SPOOR,

Vol. 38 d. 20.



VIRIS
PEROUAM GENEROSIS
MAXIME STRENUIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS
& PRUDENTISSIMIS.

DOMINIS
TREDECIMVIRIS,

INCLUTÆ REIPUBLICÆ
ARGENTORATENSIS
SUMMAM
MODERANTIBUS

Domini, Evergetis, Patronis,

Fautoribus & Cognatis devotissimo obsequio piè venerandis,



Theses hasce Inaugurales

in

Reverentiæ erga IPSOS perpetuæ monumentum
& debitæ subjectionis argumentum, spemque
duraturi in se patrocinii

*humilimè offert atq;
consecrat*

Paulus Gothofredus Gambus

86



L. S.

M Iraberis forte an B.L.
loco Dissertationis
Inauguralis placuisse
THESES, cui non longe
abhinc solenniter disputan-
ti synthetica, grata fuerat
Methodus: jusserat hoc in-
stans iter, jusserat & alia ra-
tio: nec inconsuetum quid fieri
arbitrati sumus, aliis atq; aliis
idem facientibus. Cumq; in-
stitu-

A 2

*stituto nostro vel tantum suffi-
cere rati, rem ipsam aggredi-
mur. Vale.*

THESIS I.

LEstamentum ex te-
statione & mente
compositum voca-
bulum censetur ^(a)

originem Juri Gentium, for-
mam Juri Civ. in specie debet. ^(b)

^(a) *pr. Instit. de testam. ordin. dissentit
Menag. de amœnit. Jur. Civ. l. 39. p. 383.
vid. Magnif. atque Consultiff. Dn. D.
Schilter, Patronus, Fautor ac Præce-
ptor meus piè semper devenerandus,
Manud. ad Prud. 1. 7. & Inst. 2. 10. 1.*

^(b) *scil. Juri Pub. l. 3. ff. qui testam. fac. poss.*

II.

Definitur in genere ^(bb) voluntatis nostræ iuxta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri vult: in specie circa successionem suam. ^(c)

(bb) l. 1. ff. qui testam. fac. poss.

(c) l. 21. §. 3 C de testam. ibi. non quasi testamentum, sed quasi voluntatem ultimam intestati valere sancimus.

III.

Dividitur ^(d) in Judiciale, & extrajudiciale, & hoc in solenne, & minus solenne aut privilegiatum.

(d) à forma scil. cum etiam à causa efficiente possit dividi in publicum, quod à persona publica vel illustri conditur, & privatum, quod à privato.

A 3

IV.

ffi-
di-

te-

nte

oca-

r ^(a)

for-

et. ^(b)

sentit

p. 383.

n. D.

ræce-

ndus,

. 10. 1.

c. poss.

II.

IV.

Subdividitur Judiciale in Principale five Curiale, quod Curia^e Principis insinuatur ^(e) & Judiciale quod inferiori iudicio. ^(f)

(e) l. 19. C. de testam.

(f) l. 18. & d. l. 19. C. eod. ibi: securus erit, qui actis cujuscunque iudicis.

V.

Privatorum testamenta Principi oblata valent sine ullis solennitatibus, cum inter tot nobiles probatasque personas, quibus Principis Curia constat, & ipso principe medio, ac toto jure (quod in scriniis Principis constituitur)

stitutum est) teste facta sunt, ut
loquitur Imperator. ^(g) Quod
etiam ad Principis conjugem ex-
tendunt. ^(h)

^(g) l. 19. C. de testam.

^(h) Myler. Gamolog. l. 7. 10. Tabor. de
test. Principi oblato. l. 6. XI.

VI.

Principum testamenta mul-
tominus alligata dici possunt ad
solennitates privatorum, & a pi-
ces Juris Civ. si offerantur Cu-
riis etiam propriis: coram qui-
bus etiam in causis contentiosæ
jurisdictionis stare solent ⁽ⁱ⁾

⁽ⁱ⁾ Conf. Magnif. atque Consultiff. Dn.
D. Schilter. Exercit. ad π. VI. 14.

VII.

VII.

Testamenta Principum & Statuum Imperii absque infinuatione facta non attentis solennitatibus Juris Civ. v. g. numero testium aut aliis, nihilominus valent. ^(k)

(k) Vid. Pruckm. *de Regal. §. soluta potestas*, Myler *de Princip. & Stat. Imp. C. XXI.* Jcti Argentoratenses in Responso apud Tabor *ad l. 19. C. de testam. c. 8. p. 601.* Rhet. *J. P. 2. 43. 1.* Gothof. *ad l. 3. C. de testam.* Jcti Tubingens. apud Besold. *P. VI. 273.* Harprecht. *ad §. 3. & 4. Inst. de testam. n. 307.* Rhet. *J. P. 2. 43. 1.* Nec obstat quod jus Civ. testamentarium semel receptum sit ab Imperio, & secundum id pronunciare iussa sunt summa Imperii Tribunalia
inter

inter status: receptio enim illa intel-
 ligenda est pro diversitate dignita-
 tum, & salva libertate Principum,
 Comitum & illustrium familiarum,
 ita ut Status Imperii rectè & validè
 testentur, etsi non secundum apices
 Juris Civilis, sed potius ad formam
 Juris Gentium, & ut de veritate facti
 tantùm constet, *Conf. Limn. 4. 8. 177.*
 Ratio autem, quod istæ subtilitates
 solennitatum Civilium à Principi-
 bus & Statibus non requirantur, ex
 principali & illustrissima nobilitate
 ac legalitate harum personarum ar-
 cessitur qua salva intelligi debeat Ju-
 ris Civ. testamentaria receptio, quip-
 pe quâ dignitas & prærogativa, sine
 facto & consensu ipsorum nullo
 modo minui poterit. *Conf. Dn. de*
Eyben Dissert. de testam. Princip.
§. 18. & seqq.

II X.

Testamentum Principis ho-
 B logra-

Sta-
 ua.
 nni-
 ero
 s va-

 a po-
 Stat.
 enfes
 9. C.
 2. 43. 1.
 J Cti
 l. 273.
 de te-
 Nec
 enta-
 mpe-
 re jus-
 nalia
 inter



lographum eò magis valet in foro nostro, cum etiam Jure Rom. valeat. ^(l)

(l) Valentin. Imper. *Novel. 2. t. de testam. p. 22.*

IX.

Banniti testamenta condere non possunt. ^(m)

(m) Nec obstat Auth. Friderici: Omnes peregrini *C. commun. de success.*

X.

Status Imperii quatenus ejus sunt Vasalli, de feudis suis condere testamenta non possunt. ⁽ⁿ⁾

(n) fallit tamen hæc sententia, in feudis merè hereditariis, & ubi consensus Imperatoris est impetratus, aut si est dispositio inter liberos, & divisio ac assignatio portionum hereditariorum.

XI.



XI.

Princeps consentiente Con-
juge de ejus hereditate testa-
mentum, eo effectu, ut defun-
cto testatore superstes Conjux,
revocare id non possit, condere
non potest.

(o) Vid. Dn. de Eyben. *d. Diss. de testam.*
Princip. §. 16. Et seqq. Farinac. *T. 3.*
Decis. 463. Berlich. *Decis. 92.* Carpz.
P. 2. def. 13.

XII.

Omnis fere successio inter
Principes est feudalis, atque ab
intestato potius, quam testa-
mentariæ institutionis liberæ.



XIII.

Principibus Imperii, non æque ac privatis competit jus instituendi heredes extraneos, & si territoria sint allodialia. ^(p)

(p) Hugo Grot. *de J. B. & P.* II. 7. Puffend. *de Jur. Nat. & Gent.* 7.7.

XIV.

Regna inter mares & foeminas per testamenta dividi possunt. ^(q)

(q) Grot. *de J. B. & P.* 2. 7.

XV.

Inter mares præfertur natu-
maximus. ^(r)

(r) Ubi jus primogenituræ observatur
Hug. Grot. *de J. B. & P.* II. 7.

XVI.

XVI.

que Jure publico Princeps Imperii,
itu. testatus & intestatus decedere
ter. potest. ^(s)

^(s) Conf. Magnif. atque Consultiff. Dn.
D. Schilter. *Exercit. ad* π. 38, 80.

XVII.

nas Princeps heredem litis causa
stituere nequit. ^(t)

^(t) *per rat. Edicti Prætorij de alienat.
jud. mutandi caus.* quæ etiam in ul-
timis voluntatibus militat, eoque
magis de jure Christianorum, quia
talis institutio ex rancore, ira atque
odio progreditur, affectibus cum
morte christiana incompetentibus.

XIIX.

Testamentum scriptum prius,

B 3

non

non tollitur per nuncupativum,
in principis vel potentioris favo-
rem conditum.

XIX.

Legitima debetur liberis illu-
stribus^(u) neque filia à succesio-
ne allodiali excluduntur, etsi à
feudali, non tamen omni.^(x)

(u) Est enim Juris Nat.

(x) Mynsing. s. 74. n. 3. Vult. 9. n. 66.
Zaf. p. 8. n. 66. Wurmser. lib. 1. t. 51.
Obs. 7. § 14.

XX.

Fœminæ de successione legi-
tima transigere possunt, inpri-
mis, tempore elocationis, & re-
nuntiare successioni.

XXI.

XXI.

Contra ejusmodi renunciatio-
nem foeminae si laesae sunt, resti-
tui possunt. (y)

(y) Sub limitatione, si scil. id fecerint vi-
vo parente per l. 35. §. 1. *C. de inoff. test.*
Ubi Papiniani haec allegatur ratio:
meritis magis filios ad paterna obse-
quia provocandos, quam pactioni-
bus adstringendos; sed magis vide-
tur adaequata ratio consistere in me-
tu reverentia vivo parente, quo po-
tius renunciatum intelligitur, quam
liberrima voluntate.

XXII.

Quantitas legitimae filiarum,
expressis familiarum pactis, vel
testamenti definitur, aut si talia
non extant, ex pactis divisoriiis
fami-

liarum, Auß den Erbverträgen/ Erb-
Theilungs-Recessen, ipsa obser-
vantia, dem Herkommen/ cujus-
que Domus doceri potest.

XXIII.

Ubi jus primogenituræ intro-
ductum est, reliqui filii loco le-
gitimæ apanagio debent esse
contenti.

XXIV.

Apanagium non habet ratio-
nem legitimæ, nec apanagindi
sive Cadetti sunt successores aut
heredes, sed habent loco legiti-
mæ jus alimentorum ad dies vitæ
pro

pro conditione sua & provin-
cia. ^(z)

(z) Vid. *A. B. l. 25. Springsfeld. de apanag. C. 12. Andler. Prud. lib. 11. t. 7. 26. Rhet. Dissert. de jure port. aliment. Myler. de Stat. Imper. l. 21. Lyser. Dissert. de apanag. Testament. Joh. Georg. l. Elect. Saxon. Pact. Heidelberg. 1553.*

XXV.

Bona feudalia, bona Coronæ
& domanii legari non possunt.

XXVI.

Feudi æstimatio quidem legari
potest, sed heredem allodiale
obligat, non verò successorem
feudalem.

C

XXVII.



XXVII.

Lex Falcidia & SCtum Trebell. etiam locum habet in testamentis Principum. ⁽ⁱⁱⁱ⁾

(iii) Ea enim non sunt de apicibus & solennitatibus Quiritum, sed LL. Publ. ob favorem heredum introductæ, & regulariter una cum Jure Civ. receptæ. Conf. Magnif. atque Consultiss. Dn. D. Schilter *Exercit. ad* π. 39. 136.

XXIIIX.

Fidei commissa tam universalialia quam particularia inter personas illustres frequentari, & ex LL. fundamentalibus quarundam provinciarum & ex usu fori patescit.

XXIX.

XXIX.

In fideicommissis personarum illustrium ac familiarum, nulla solennitas requiritur. ^(xx)

(xx) Vid. post *Besold. Pruckm. Limn. J. P.* 4. 8. 177. *Rhet. de J. P.* 2. 43. tamen tutius solennitates adhibentur. *Knipschild. de fideic. famil. illustr. l. 6. n. 20. seqq.* Sufficit tamen scriptura aut testes duo ad probationem, sicut & holographum ut supra dictum.

XXX.

Fideicommissa familiae relicta perpetua sunt, cognatis verò & adgnatis relicta perdurant usque ad gradum decimum. ^(yy)



(yy) *Peregrin. de fideic. art. 30. n. 3.* Jure Gallico verò indistinctè valent, usque ad quartum gradum per *Constit. Caroli IX. Regis anno 1566. art. 57.* *Chopin. de morib. Paris. 2.4.17.* *Ant. Spestæus Tom. 2. P. 1. S. 6. art. 4. n. 43.*

XXXI.

In foro Germanico, præter fideicommissa, in testamentis vel ab intestato facta, præsertim in familiis illustribus, datur & fideicommissum conventionale. ^(zz)

(zz) *Knipschild. de fideic. cap. 6. n. 29.* Reperiuntur tamen aliquot vestigia in Jure Rom. Vid. *l. 3. C. de donat. submod.* Differt porrò jus Rom. in hac parte à nostro, quod illo res singulæ tantùm & traditione interveniente, non universales, relinqui poterant, nostro secùs. id. *Knipschild. cap. 5. seqq.*
XXXII.

XXXII.

In fideicommissio familiae,
propinquitus gradus non lineae
regulariter observatur, excepto
eo casu, quo recta collateralis li-
neae praefertur, de quo casu lo-
quitur textus 2. F. 50.

*DEO Patri, Filio, & Spiri-
tui Sancto sit laus, honor
& perennis gloria.*



CUrâ ac iudicio, doctâ decurrere bigâ,
Te, GAMBSI, à vulgo ducit ad astra Themis.

Gratulabundus

posuit

JO. SCHILTER.



GAmbisia Gens, *multo prudentum nomine clara,*
Nec pietate minus, nec probitate minus,
Quæ virtus Fratris, quæ Laus Genitoris ad auxit,
Cujus amicitiam mens memor usq; colit,
TE quoque præclaram numerabit, Amice, co-
lumnâ,

Ingenij dotes, quam struet artis opus:

Vovente

F. Schragio, J. U. D. p.t.
Fac. Jurid. Decano.



PRincipis ut paucis quæ sit testatio mentis
Justa notas Gambsi, publica jura doces.
Numine suscipies posthæc quoq; cuncta benigno,
Sic felix *GOTTFRID Gambsius* alter eris.

Ita animitus vovet

Ulricus Marbachius, U. J. D.
Inst. Imp. P.P.

Nobilissimo

Nobilissimo

DN. GAMBSIO,

Agnato suo honoratissimo,
Inauguraliter Disputanti,
Feliciter!

Non equidem moritur Princeps, cui vita perennis
In successore, & gloria quem sequitur:
Defuncto tamen hoc, memori cum tristia mente
Minantur cives flent caput atq; Patrem.
Id ne contingat, moriens mandata relinquit
Ultima sollicitus, ne tonet omne malum.
Id cum, Clare, mones, cui Princeps posse docetur
Testari, quid post fata velit fieri;
Quam Tibi sit cura tranquilla & vita serena,
Testaris, Gambsi. Te decus ergo manet.

gratul. f.

Joh. Joachimus Zentgravius, D.
Philos. Pract. P. P.

Ultima Principibus quæ sedit corde Voluntas
Hanc, GAMBSI, ad filium digeris Eunomiæ.
Tam bona quæis minii Titulis *Digesta* notabit
Virginis Eunomiæ dives Alumnus, *Honos!*

ita *Nobilissimo*

DN. GAMBSIO,
Inauguralem de Ordinandis Principum
Testamentis gratulabatur

Joach. Kühnius, P. P.
Quando

QXIII 4846

*Quando utriusq; datur Tibi parta licentia juris,
Omina mens magni concipit inde boni.*

*Macte animo! cinget Phœbus tua tempora lauro,
Sicq; tui studij premia digna feres.
Sit patria felix voveo lætusq; parenti
Sit Tibi jucundus quo decoraris honos.*

*Ita fratri per dilecto animitus
gratulatur & vovet*

*Joh. Seb. Gambs, Juris Ddus
& inclyti Gollegii Tredecimv.
Secretarius.*



*Leich wie die Gãmbsen nur auff hohen Felsen springen/
Und auch daselbsten sich befinden immerhin;
So strebet der Verstand nur auch nach hohen Dingen/
Und klebt nicht an der Erd ein Edler Menschen-Sinn.
Du thust/ Geliebter Freund/ das in dem Werck bezeugen/
Der du den Nahmen auch von denen Gãmbsen fãhrst.
Drumb wiltu auch hinauff zum hohen Gypffel steigen/
Daz du die Cron der Ehr durch deinen Geist berãhrst.*

die Glückwünschende Feder

Lic. Johann David Erhardt.



*Qua forma Princeps condat Testamina mentis,
Ingressurus iter tradis, Tua sicque relinquis.*

*Hæc Nobilissimo nec non Doctissimo
DN. CANDIDATO Contubernali aman-
tissimo, de novis honoribu gratulab.
posuit itineris comes*

Gustavus Philippus Faber, J. U. Ddus



W. H. N. C.


stitua
cere
mur



origi
man

(a)

(b)




Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



suffi
gredi

ex te
mente
voca-
etur (a)
, for-
ebet. (b)

dissentit
l.39.p.383.
ff. Dn.D.
ac Præce-
erandus,
st. 2. 10. 1.
n.fac.poss.
II.

tati
eo
fieri
fior

(b)
(c)

tra
mi

